

Pro declaratōe istius nota: q̄ cū dicis: **Pat**
noster: attēde amorē quē habet pat̄ ad filiū:
Talē et āpliozem habet de⁹ ad nos. **Quādo**
dicis: **Qui es i celis:** cogita deū i habitatorē bonarū
mētium: q̄ celoz noīe itelligūt. **Quādo dicim⁹:** **Sāc**
tificet̄ nomē tuū: optam⁹ vt diuinū nomē nobis sapi
at et dulcescat plus q̄ trena: quia sc̄m̄ dicit̄ sine tra.
Cū dicim⁹: **Adueniat regnū tuum:** optam⁹ nō soluz
eternū regnuz: s̄ etiā vt hic nos regat: z vt sit rex no
ster. **Cū dicim⁹:** **Fiat volūtas tua si. in ce. z in ter.** op
tam⁹ vt doceat nos: **Juxta illō:** **Doce me facere vo**
lūtatē tuaz: qz deus me⁹ es tu. **Cū dicim⁹:** **Panem**
no. co. da. no. ho. optamus vt sit nutritor noster cor
poralit̄ z spūaliter: **Juxta illō:** **Oculi oīm in te sperāt**
dñe: z tu das escas illoz in tpe oportūo. **Cū dicim⁹:**
Dimitte no. rē. optam⁹ q̄ vt pius creditor nobis re
laxet qd̄ tenemur. **Cū dicim⁹:** **Et ne nos rē.** optam⁹
vt custodiat nos. **Cū dicim⁹:** **Sz libera nos a malo:**
optam⁹ vt liberet nos: nō solū a p̄senti impugnatōe:
s̄ etiā ab oī futura: z ab oī qd̄ nouerit sibi displicere.

De via vnitua: Beati Bionysij.

Capitulum decimumquartum.

Via vnitua est: qua q̄s bene purgat⁹ z illūia
tus: amozose vnitur creatori suo: exultando
de p̄fectionib⁹ suis: illi soli placere desiderās
prompte z lete: nūc ipsū magnificat: nūc laudat: nūc
admirat⁹: tot⁹ languet amore eius: vt possit dicere il
lud cāticorum. v. **Anima mea liquefacta est: vt dilec**
tus locut⁹ ē mihi rē. Et p⁹ pauca subdit: **Quia amo**
re languo. Et psalmista: **Quid enim mihi ē in celo: z**

et te quid volui sup terrā: id est: ego pure amo te: non
ppter dona celoz: aut ppter dona sup terram. Et hec
via sepe superi^r tacta est in via affectiua ⁊ suplatiua.
In re em̄ vnū sūt via affectiua ⁊ vnitiua: s̄ noia habēt
diuersa. Unde p viam vnitiuā eleuat q̄s mētem suaz
in deū: excludēs oēs vanitates: pponēs sibi illō: **U**
di cūcta q̄ erāt sub sole: ⁊ ecce vniuersa vanitas. **F**
ac Igī sicut auis q̄ volat sursum: ⁊ si occurrūt musce: id ē:
vanitates: nō cures: s̄ ptraſeas dicēdo: **A**d solē tēdo:
nolo cor meū cū vanitatib⁹ q̄ in tra sūt occupare. Et
acquiritur hec via p relectiōez intīmā ab exteriori
bus ad interiora: ab imis ad summa: a temporalibus
ad eterna. Unde sol ille: de quo facta est mentio: ille
est de quo dicit: **T**u solus scūs: tu solus dñs: tu so
lus altissim⁹ es. **A**d illam viā requiritur: **P**rimo: q̄
homo p virtuosam assuefactōez ⁊ gratiā sic sit radica
tus in virtutib⁹: q̄ nullā dilectatōz hēat in appetitu
vaneglorie: in cupiditate diuitiaz: in concupiscētia
oculoz ⁊ gula. **S**ecūdo requirit^r internū silētium: vt
sit quietat^r a strepitu oim exterioroz: ita vt nō occupet
se circa exteriora quid audierit vel viderit foris: nihil
curādo talia: tanq̄ si in somno occurrissent. **T**ertio
requirit^r amorosa adhesio cū deo: vt oīa eius iudicia:
oīa facta: oēs doctrinas cū reuerētia amplectatur.
Quarto: q̄ nihil aliō q̄rat: s̄ reputet sibi illū dilectū
sufficiētissimum: supertollēs illū in corde suo: ⁊ q̄ eus
diligat sup omne quod potest videri: audiri vel cogi
tari: immo sup omne qd̄ imaginari potest: quia tot⁹
amabilis: tot⁹ desiderabilis ⁊c. vt supra patuit in via
affectiua **B**eati **B**ernardi. **Q**uinto: q̄ sepe redu
cat ad memoriā pfectōez dei: ⁊ illis itime pgratulet.

Et quibus infinite sint perfectioes dei: tñ cõiter tres occur
runt: in quibus sic affectũ excitet. **P**rimo congratulor tibi
dilecte mi: q tu es potētissim⁹: nō q mihi in hoc bene
sit: quasi cõmodum meũ qrens: s̄ quia illa est perfectio
tua q nulluz times: null⁹ indiges: nemo te expugnare
potest: nemo tibi potest resistere: null⁹ demō: nullus
aduersari⁹. **E**t de hoc primo gaudem⁹. **S**ecũdo gra
tulor tibi: qz tu es sapiētissim⁹: lympidissime in te r̄ p
te cognoscēs bona: r̄ mala: p̄sentia: p̄terita: r̄ futura:
actualia r̄ possibilila: tēporalia et eterna: mutabilia ī
mutabiliter: r̄ cõtingētia infallibiliter. **E**t illd est p̄fec
tionis tue: qz sic te null⁹ decipere potest: qz nihil te la
tet. **T**ertio congratulor tibi: qz tu es sũme bonus. **H**oc
est sũme p̄fectõis: qz immutabilis es bonus: r̄ ita bo
nus: q te mel⁹ excogitari nō possit: imo nec digni⁹:
nec nobilius. ¶ **S**exto principalit̄ vtile est h̄c incipi
entē aliqua v̄ba p̄ q exprimat desiderũ suũ: affabili
ter alloquendo dñm. **D**e h̄ **H**ugo de palma **C**artu
siensis: dat modũ se eleuãdi p̄ viam vnitiuã: qui tact⁹
est sup̄ in orõe dñica. **P**otest em̄ hō puocare affec
tũ suũ per illas dictiones: **O**. qñ. si. r̄ p̄siles. **U**nde dī
cit: q incipiēs v̄tat talibus. **P**ostq̄ aut̄ gratia dei ad
suuãte exercitat⁹ fuerit: tũc sine oī cogitatõe p̄ua cen
tes in die multũ amorose mētem suã in deũ eleuare
potest. **U**nde ex intentõe ipsi⁹: potest colligi talis ele
uatio. **O**. sũma bonitas. **O**. altissima eternitas. **O**. in
cõprehēbilis sap̄ie p̄funditas. **O** pat̄ p̄ssime: quã
do te diligam: **Q**ñ brachijs amoris te cõstringam:
Qñ tuis beneficijs tue misericordie quã meclũ factis:
vices expēdã: **Q**ñ tremēde maiestati tue timorē ip̄ē

Quādo speculū tue **xtuose vite** : scilicet hūilli
tat: pauptatis: patiētie: obediētie: caritat: z sic d̄
alijs: debitis vestigijs psequar: **Quādo** festa tua:
scz natiuitat: resurrectōis: ascēsiōis zc. z factoz tu
oz debita veneratōe celebrabo: **Si** tu es tremēda
maiestas: vbi timor me^o: **Si** tu es amātissim^o pat
me^o: vbi amor me^o: **Si** tu es dñs z mercator me^o:
vbi ē seruitiū meū: **Si** tu es ihabitatoz z hospes
me^o: vbi ē mūditiā digna tāto hospiti: **Si** tu es vi
ta factoz: tecoz āgeloz: vbi ē pgratulatō mea: **Et**
sic diu exercitat sicut p edificio pōtis apponūt qñ
qz sustēracla: postea pōs stat sine illis. **Sic** postea
spūsscūs eleuabit cor hoīs sine illis: vt semp tēdat
sursū aut frequent. **Iux** illd cāticoz p: **Trabe** me
p^o te: i odore vngētoz tuoz: currem^o. **Et** sic habe
tur aliqd de via vnitīua. **Tamē** hec via z scia n̄ di
scit̄ ex libris: s̄ desursū est. **Et** cui vult picipat eaz
pat luminū: his qdē clari^o: his x̄o ob scuri^o. **Pro**
ista via sicut dictū ē: valet intima pgratulatio pfect
ionū dei: vt hō in hymnis z cāticis iubilet in cor
de canēdo: z ptractet laudes dei. **De** his pfectōib^o
siue laudib^o: ponit̄ tabla īscripta. **Et** semp pmit
tit̄ clausula: **Cōgratuloz** tibi pat̄ celestis: qz tu es:
Auctor essēdi: h̄ est alpha z o: pncipiū: origo: z finis
oim. **Unde** de te sic scribit quidā metrista. **Hui^o** in
arbitrio: pēdēt mortalia qz. **Qui** solus: cūctis cō
tulit eē suū. **Qui** facit z reficit: creat atqz creata gu
bernat. **Hui^o** idem posse qd velle: nec min^o habet.
Cōgratuloz igit̄ tibi i pfectōe tua eēndi: qz tuū esse
est pfectissimū. **Primo**: qz nō potes cogitari: nō eē

qz si tu non esses: nihil esset. **Secdo**: qz a nullo alio habes eē. **Tertio**: quia oē quod est: a te habet eē. **Bonitas sūma**. **Primo**: qz nulla res est bonitatis sue tam diffusiuā: sicut tu. **Sz** bonū quāto cōmuni⁹: tātō mel⁹. **Secdo**: nulla res ē tam cito placabilis: sicut tu. **Tertio**: nulla res est tā desiderabilis: delectabilis z amabilis: sicut tu.

Causa vniuersalissima. Illa causa: quaz philosophi sic ex naturali rōe pvincebāt esse. Si nō est processus in infinitū in causis sibi essentialit subordinat⁹: **prima causa ē**. **Sz** nō ē pcessus ī talib⁹ causis essentialiter subordinatis: igit⁹ pma causa est. **Tu es ille pnceps**: de quo **Aristoteles** in fine. xij. metaphysice: concludēs libzū suū: sic dicit. **Vala est pluralitas principatū**: vnus ergo princeps.

At Cōgratulo: tibi pz celest⁹: qz tu es

Decus vniuersi: qui cūcta decorasti. **Tu es**: cui⁹ pulchritudinē sol z luna mirātur. **Tu es**: in quē desiderāt angeli pspicere. **A te**: habēt decus pulchritudinis: sidera: rose: lilia: zc. **Et a te**: aues hnt decus suauis melodie: philomene: alaude: z oīm auū generā: z oīa organa. **A te**: habēt dec⁹ saporis: mel: vīnū: z oīm pigmētōz genera. **A te**: decoratū est celū siderib⁹: aer volucrib⁹: terra aīalibus: aqua piscibus.

Eius sustētator oīm. **A** qūqz em re si tuā subtraheres sustētatorz: vel pseruatorz: ilico rueret ī nihilū. **Fons sapiētie**: a quo manant oēs thesauri sapientie z sciētie. **Tu es eterna sapiētia**: attingēs a fine vsqz ad finem fortiter: disponens oīa suauiter. **Qui**

celoz contines thronū: z abyssus itueris: montes
ponderas in statera: terram palmo ꝓcludis: et ꝓ-
fuisi legem aquis ne transcendant fines suos.

Gloria mūdi. **T**e em̄ adorāt angeli: laudant archan-
geli: tremūt potestates: tibi sūmo famulātur. **T**e
iure laudat oīs creatura: spes nostra: sal^o nostra:
honor noster: glia nostra: finis z expectatio nra.

Habundantissimus. **T**ua est terra et plenitudo ei^o:
orbis terrarum: z vniuersi qui habitāt in eo. **G**lo-
ria et diuitie in domo tua. **S**i honoratur et diues
dicitur qui habet aurū: quātū honorari deberes
qui fecisti aurū z gemmas: z oīa q̄ sūt in vniuerso:

Incōprehēnsibilis tu es. **D**e te em̄ dicitur: **M**agnus
domin^o z laudabilis nimis: z magnitudinis eius
nō est finis. **T**ante em̄ es excellētie: q̄ tuam altissi-
mam excellētiā nemo potest capere ad plenum:
nec homo: nec angelus: imo nulla creatura: quia
creatura oīs est finita: tu vō infinitus es: s̄ infiniti
ad finitum: nulla est ꝓportio.

Raritas tu es. **E**t q̄ in te manet: manet in caritate:
z tu in eo. **S**icut natura ignis est ardere: incēdere:
z calefacere: sic ꝓprietas tue caritatis est creare: te
largissime diffundere: inflammare ad amores: ac-
cendere: saluare: redimere: custodire: liberare: illu-
minare. **U**nd̄ z tibi dicit: **D**e^o cui ꝓprietū ē misereri.

Loco incircūscriptibilis: z tamē vbiq̄ es. **S**i ascēde-
ro in celū: tu illic es. **D**e te dicit **B**ernard^o. **D**e^o
vbiq̄ regnat: vbiq̄ imperat: vbiq̄ maiestas eius
oīa implet. **N**am in inferno exerces actus iusticie

Congra-
tulor tibi
ꝓ celestē:
q̄ tu es

tue. **S**z dicere hoc fieri in absentia tua: fiducia est.
Sic etiā es in tempore incōmensurabilis. Res enī
q̄ ab eterno fuit: ante oē temp⁹ fuit. Quomodo er
go commēsurat tpe: qđ fuit quādo nō fuit tēp⁹?
Verces sanctorū: iubilus angelorum: speculum om
nium electorum: expectatio patriarcharū: funda
mentū pphetarū: cōsolatio apłorum: corona mar
tyrum: lumen confessorum: et sidus virginū.

Norma: id est: regula et exēplar oīm. Res enī de quā
to tibi p̄p̄nquior: tāto nobilior. Aliqua habēt esse
tātū. Aliqua eēt et viuere: et sūt nobilioza p̄riorib⁹.
Aliqua viuere: esse et discernere: et sūt secūdum na
turā nobilioza p̄riorib⁹. Aliqua ultra h̄ habēt pu
rum esse: et virtuosum esse: et sunt tibi plus ceteris
pp̄nq̄. Per sincerissimā enī tuā bonitatē: ē in te oīs
exemplaritas: virtuositas: et communicabilitas.

**Congra
tulor tibi
p̄ celest⁹:
q̄ tu es**

Ordo siue ordinator vniuersorū: q̄ singula loca s̄m
suum statū et sua merita: sursum: aut deorsū. Sicut
prudens pictor ponit colores: hic rubeum: hic ni
grum: vt decozet opus suum.

Perfectissim⁹ sine oī defectu: q̄ nulli⁹ indiges. Tibi
ipsi es sufficiens. Quo melius: aut dignius: aut no
bilis: aut p̄fectius: nec est: nec excogitari potest.
Quicquid est laudabile et p̄fectōis in creatura in po
sitio: hoc est in te in superlatiuo.

Quietissim⁹: vt dicit Boeti⁹. Quā p̄petuo mūdū ra
tione gubernas. Terrarū celiq̄ sator. Qui temp⁹
ab euo ire iubes. Stabilisq̄ manēs: das cūcta mo
neri. Principiū: rector: dux: semita: termin⁹ idem.

Tu requies trāquilla p̄is: te cernere finis. **Es** etiam immobilis et immutabilis: quia ubiq; es: vt patuit ex p̄missis. **Res** autē dicit moueri: q̄ tendit ad locū quo prius nō fuit. **Immobilis** autē q̄ ubiq; est: non habet quo tendat.

Recreator oīm: q̄ dixisti: **Venite** ad me oēs q̄ laboratis etc. **Anima** em̄ q̄ est in te radicata ī cētro suo: et recreata et quietata est: q̄ vero in te nō est: multis vanis phantasmatibus fatigatur.

Sufficiētissim⁹. Qui te habet: totū habet. Qui te nō habet: mēdicus est et paup. Quia q̄cquid p̄ter te ē non reficit. **Et** si reficit: nō sufficit. **Et** si ad tps sufficit: nō tamē p̄petuo satiat: quin adhuc ampli⁹ q̄rat. **Qui** autē te habet: satiat⁹ est. **Finem** suuz habet. **Non** habet ultra qd̄ q̄rat: Quia tu es sup omne visibile: audibile: odorabile: gustabile: tāgibile: sēnsibile. **Itē** adhuc altior es: sup oē figurabile: numerabile: circūscriptibile. **Itē** altissim⁹ es sup oē intelligibile: demōstrabile: diffinibile: opinabile: iuestigabile: estimabile: imaginabile. **Qui** tot⁹ es amabilis: maxime laudabilis: et summe desiderabilis.

Thesaurus fidelis. **Ubi** enim thesaurus noster: ibi et cor nostrum. **Quicquid** enim nobis auferatur: si tu in nobis permanseris: sufficit nobis. **Tu** es illud vnum: qd̄ dixisti **Martine** esse necessarium. **In** te summa p̄placētia nostra. **Et** si nos horreat tot⁹ mund⁹: si tu nos approbas: sufficit nobis. **Desiderium** nostrū tu es. **Utinā** tu placeres toti mundo: et tot⁹ mundus faceret beneplacitū tuuz. **Pro**

Congra
tuloz tibi
p̄ celest:
qz tu es

Mo deberem⁹ mori: zelo caritatis.

Vita: a qua habet vivere oia. In quo nos mouem⁹:
z sumus. De te em dicitur. Ex ipso: z p ipm: z in ip
so sunt oia: **T**ibi honor z gloria: per infinita secu
la seculorum

Ipus: quod itelligitur vnctus. **T**u similiter es talis
vnctio z salsa: q̄ apposita vnicuiqz rei mundi: facit
ipsa sapida. In electis em es sapor gratie. In da
natis es sapor iusticie: z vindex iniquitatum. **T**u es
creator. **T**u es gubernator. **T**u es redemptor: iusti
ficator: retributor: z glorificator zc. **H**is pfectioni
bus cōgratulādo: aia mea liq̄facta est. **E**t qd agā:
nisi in pace in idipm dormiā z req̄escam: z dicam:
Nolite suscitare dilectam: donec ipsa velit. In lau
des tuas prumpam. **E**t si digne laudare te neque
am: de te tñ non sileā: cū solum de te gaudeaz. **T**u
em es dulcis sapor iste: qui te gustat **J**esu xpe: tuo
victus a sapore: mori posset pre amore. **T**e soluz
amās vnice dilecte mi pulcherrime: vbi queso vis
cōmorari: **U**bi vis vt queraris: qui sapis z dulce
scis: **O** dulcis hospes aie: esto hospes mihi: sum
qz tibi: tecum sine fine.

Be Ula Exultatiua: Beati Gregorij.

Capitulum decimumquintum

Ula exultatiua q̄ ascribit **B**eato **G**regorio
est: que ptractat z meditatatur gaudia celozū.
Unde in quadā homelia sic scribit. **Q**ue ling
ua potest dicere: aut quis intellectus potest cape:
illa supne ciuitatis quāta sint gaudia: angeloz cho,

**Congra
tulor tibi
p: celesti:
qz tu es**